



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis odium sempiternum inter se iuramento firmauerint. xvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De iuramento Herodis. Cap. XVI.

CVM iuramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcumque postulasset ab eo. Si ob iusiurandum fecisse se dicit: si patris, matrisque interitum postulasset, facturus esset, an non? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit, & in propheta.

Ex dictis Hierony.

De illis qui odium sempiternum inter se iuramento firmaverint. Cap. XVII.

QVI iuramento se obligauerit, ut litiget cum quolibet, ne ad pacem ullo modo redeat, pro periurio, vno anno à corpore & sanguine domini segregetur, & reatum suum ieiuniis & eleemosynis absoluat: ad charitatem vero, quæ operit multitudinē peccatorum, celeriter redeat.

Ex cōcil. Hilerdē. cap. 6.

De illis qui incautē iurauerint. Caput XVIII.

SI aliquid fortē nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandū nobis, quàm profecto iuramento in aliud crimen maius esse diuerrendum.

Ex decret. Sotheris pap. ca. 3.

Qualiter sacerdotes iurare debeant. Caput XIX.

COrnelius episcopus, Rufo cōepiscopo in domino salutem. Exigit dilectio tua, frater charissime, ut ex auctoritate sedis apostolicæ, tuis deberemus consultis respondere. Quod licet non prolixè, sed succinctè agere festinarem, propter quasdam importunitates quæ nostris præpedientibus peccatis in nos superuenere, tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius, & inuestigare committimus. Non enim potest mens attrita & oneribus, atque importunitatibus grauata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppressiōibus soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc & alia quæ necessaria fore cognouerimus, tuæ sanctitati velimus denegare: sed quod hic minus inuenitur, latius perquiratur. Sacramentum autem hæcenus à summis sacerdotibus, vel

Ex epist. Cornelij pap. cap. 3.